plena tremore. & timore orrifico; Amiſiſtiſ
loca floribuſ inmarceſcibilib; plena. uocib;
organorū. & adquiſiſtiſ uobiſ loca inquib;
die noctuq; non ceſſat mugituſ. & ululat⁹
& luctuſ; Iā nichil aliud uobiſ ſup eſt. niſi
ut rogetiſ apoſtolū dī. ut ſicut me reſuſci
tauit aduitā. ita quoque uoſ reſuſcitet
ab interitu ad ſalutē. & animaſ urāſ que
iā de libro uitę delete ſunt. reducat ad
dnī grām; Tunc ipſe qui ſuſcitatuſ fuerat
pſternenſ ſe cū omi poplo. & cū attico. et eu
genio. parit̄ exorabant apoſtolū. ut inter
cederet pbiſ apud dm̄; Quib; ſcſ aptſ.
hoc dedit in reſponſiſ. ut p triginta dieſ
dō poenitentiā offerrent. inquo ſpatio
hoc maxime p̄carentur. ut uirgę aureę.
ad ſuā naturā redirent. ſimilit̄ & lapi
deſ. adulitatē inqua nate fuerant remea
rent; Factū. ē. autē ut triginta dierū
tranſiret ſpatiū. cū neque aurū muta
retur inuirgaſ. neque gem mę inarenaſ;
Venienteſ atticuſ & eugeniuſ. dixerunt
ad aptm; Semp miſcdiā docuiſti. ſemp
indulgentiā p̄dicaſti. & p̄cepiſti ut homo
homini indulgeret. homo utiq; ſibi ſimili
parceret; Et ſi homo homini ut indul
geat uult dſ. quanto magiſ ipſe cū ſit
dſ. homini & indulget & parcit. in pec
catū nrm̄ confuſi ſumuſ. & quod oculiſ
concupiſcentibuſ in mundū deliquimuſ.
oculiſ flentib; penitemuſ; Oramuſ te
dnē. oramuſ aptm xpī. ut indulgentiā
quā ſemp p̄dicaſti uerbiſ. factiſ oſtendaſ;
Tunc beatuſ iohſ flentib; & petentibuſ
uniuerſiſ. & iā pbiſ interuenientib; dixit;
Dnſ dſ nr. hiſ ſermonib; uſuſ. ē. dū de pecca
torib; ageretur ut diceret; Nolo mortē

peccatoriſ. ſed uolo potiuſ ut con[...]
uiuat; Nā dū noſ docebat de poenitentib[...]
dnſ ihſ xpſ. ait; Amen dico uobiſ. quia magnū
gaudium. ē. incęlo anglīſ. ſup unū poenitentē
& conuertentē a peccatiſ ſuiſ. & amplior le
titia. ē. illiſ. quā ſup nonaginta nouē iuſtiſ
qui non peccauerunt; Vnde uoſ uolo ſcire.
quia dnſ accepit poenitentiā eorū; Tunc
conuerſuſ ad atticū & eugeniū. dixit;
Ite & reportate uirgaſ ad ſiluā unde eaſ ad
ſumpſiſtiſ. qm̄ ad ſuā ſunt naturā reuſe;
Similit̄ & lapideſ. qm̄ petrę effecte ſunt.
ut fuerant; Quod cū fuiſſet inpletū. re
ceperunt grām quā amiſerant. ita ut & iā
fugarent demoneſ ſicut priuſ. & infirmoſ
curarent. cęcoſ inluminarent. et uirtuteſ
multaſ p eoſ dnſ faceret; Cum autē omiſ
ciuitaſ aepheſorū. inmo omiſ prouintia aſię.
iohannē excolerent. et p̄dicarent. accidit
ut cultoreſ idolorū excitarent ſeditionē;
Vnde factū. ē. ut iohannē traderent ad tēplū
dianę. & urguerent eū ut ei foeditatē ſacri
ficiorū offerret; Tunc beatuſ iohſ ait;
Ducā uoſ omſ ad ecctam dnī mei ihu xpi. &
inuocanteſ nom̄ diane urę. facite cadere
ecctam eiuſ. & ita uoſ conſentiā; Si autē
hoc facere non potueritiſ. ego inuocato
nomine dnī mei ihu xpi. faciā cadere
templū hoc. & comminui ydolū urm̄;
Quod cū factū fuerit. iuſtū uobiſ uideri debet.
ut relicta ſupſtitione eiuſ rei. quę a dō meo
uicta. ē. & confracta. ad ipſiū conuertamini;
Ad hanc uocē conticuit poplſ. & licet eſſent
pauci qui contradicerent huic definitioni.
parſ tam̄ maxima conſenſū attribuit;
Tunc beatuſ iohſ blandiſ alloquiiſ exhorta
batur poplm. ut a tēplo longe ſe facerent;

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.12, 10v – Passiones et Homiliae sanctorum (https://fragmentarium.ms/view/page/F-vfyk/5161/49420)